



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum per receptionem coronæ renuntietur temporalibus bonis? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Ad secundum dicendum, quod quamvis per coronam non imprimatur character, tamen deputatur homo ad diuinum cultum. Et ideo talis deputatio debet fieri per summum ministrorum, scilicet per Episcopum, qui etiam vestes benedit, & vasa & alia omnia quae ad diuinum cultum applicantur.

Ad tertium dicendum, quod ex hoc quod aliquis est clericus, est in altiori statu, quam laicus; non tamen habet ampliorem potestatis gradum, qui ad eundem requiritur.

## ARTIC. III.

*Vtrum per accessionem corona & aliquis renuntiet temporalibus bonis?*

065 \*epist.ad Nepot.in A D tertium sic proceditur. Videtur, quod per accessionem coronae aliquis renuntiet tempore prin. ralibus bonis. Ipsi enim dicunt, cum coronantur & med. Dominus pars hereditatis meæ. Sed sicut dicit Hib. 10.1. \*Dominus in his temporalibus pars fieri dñeatur. Ergo abrenuntiant temporalibus. & 18. ¶ 2 Præterea, iustitia ministrorum noui Testam. lib. 2. de menti, debet abundare super ministros veteris Testam. sacr. p. 3. menti, ut patet Matth. 5. Sed ministri veteris Testam. c. 1. circa finem. menti, scilicet Leuitæ, non acceperunt partem hereditatis cum fratribus suis. Ergo nec ministri noui Testamenti habere debent.

¶ 3 Præterea, Hug. ¶ dicit, quod postquam aliquis est factus clericus, debet deinceps de stipendijs Ecclesiæ substentari. Sed hoc non esset, si patrimonium suum retineret. Ergo videtur quod abrenuntiant hoc, quod sibi clericus.

SED contra est, quod Hieremias fuit de ordine sacerdotali, ut patet Hierem. 1. Sed ipse habuit professionem hereditatis, ut patet Hierem. 3. Ergo clerici possunt habere patrimonialia bona.

¶ Præterea, Si hoc non possent, non videretur tunc differentia inter religiosos & clericos seculares.

RESPONDEO dicendum, quod clerici in hoc quod coronam accipiunt, non renunciant patrimonio,

nec

sec alij rebus temporalibus, quia terrenorum pos-  
seditio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerci  
deputantur, sed nimia eorum sollicitudo. Quia, ut di-  
ci Greg. affectus in criminis est.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus dedi-  
gnatus pars fieri eorum qui res mundi ita possident,  
ut ex aequo cum alijs diligatur: ita scilicet, quod a-  
lijs ponat finem suum in Deo, & in rebus mundi.  
Non tamen designatur pars fieri eorum qui res  
mundi ita possident, ut per eas à cultu diuino non  
separantur.

Ad secundum dicendum, quod Levitæ in veteri  
testamento habebant ius in hereditate paterna;  
hô ideò non acceperunt partem cum alijs tribus,  
qui erant per omnes tribus dispergendi: quod fieri  
non potuisse, si unam determinatam partem terra-  
cepissent, sicut aliæ tribus.

Ad tertium dicendum, quod si sint indigentes cle-  
ri, & ad sacros ordines promoti, Episcopus qui eos  
promovit, tenetur eis prouidere, alias eis non tene-  
tur: ipsi autem ex ordine suscepto tenentur Ecclesie  
ministrare. Verbum autem Hug. intelligitur de illis,  
quoniam habent unde sustententur.

*Citatione  
in arg.*

## ARTIC. IV.

*Vix supra sacerdotalem ordinem debeat esse ali-  
qua potestas Episcopalis?*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod supra  
sacerdotalem ordinem non debeat esse aliqua  
potestas Episcopalis. Sicut enim in littera dicitur \*,  
Ordo sacerdotalis ab Aaron sumpsit exordium:

*Llib. 4. Scen-  
ten d. 24.  
§. 1. et R. 4  
ban. li. 1.  
de insti-*

Sed in veteri lege nullus erat supra Aaron. Ergo  
ut in noua lege debet aliqua potestas esse supra sa-  
cerdotalem.

*cleric. c. 6  
& tñdor.  
lib. 2. de  
officijs Ec-  
cles. 7.*

\* Præterea, Potestas ordinatur secundum actus.  
Sed nullus actus sacer potest esse maior, quam-  
vis exaltare corpus Christi, ad quod est potestas sacer-  
dotalis. Ergo supra sacerdotalem potestatem non  
potest esse Episcopalis.

Supplementum.

Y      ¶ 3 Pre-

166